Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Longine vide Struvium in Germ. sub Francis, et Auctores abeo citatos.

124) Sigebertus Chron. ad an. 419. Aimoinus l. 4, c. 4. Ivo Carnotensis Chron. Reg. Franc. et alii. de Francorum

125) Socrates l. 7, c. 23. Procopius de bello Vand. l. 1.

126) Acta S. Lucani e Tabulis Bellunensibus apud Lesebrium Annal. Sab. sec. V, § 8. Phil. Ferrarius Catal. SS. Ital. Genoldus in Notis ad Arundium. Lesebrius In capella quadam Sabionensi Lucanus episcopali fulgens infula depictus – cum SS. Castiano, Ingenuino, et Albino crucem, velut predicationis evangelica vexillum in monte defigens: quæ imago hodiedum cernitur, expressa initio seculi XVI. Cæterum, quia in Actis Bellunensibus ~~nec~~ vocatur Vescovo de Berseneve, Episcopus Brixinensis; non puto, Lucanum fuisse Sabionensem ordinarium; sed Regionarium Rætiæ Episcopum qui modo Sabione, modo Brixinone (qui locus quinti tum villa saltem fuerit?) modo alibi fuerit commoratus. Pars Reliquiarum ejus Belluno Brixinam ~~127~~ translata ~~fuit~~ est an. 1558, et festum Chori in Civitate Brixinensi agere institutum die XX Julii.

127) ~~Designo Comp. Eccl. l. 3, c. 3 ac~~ Jornandes de ~~bel~~ rebus Getuis c. 35 – 41.

128) Rosehmannus in Veldid. c. 31.

129) Jornandes de rebus Getuis c. 36, et seq.

130) Idem ~~ibidem~~. Item Freculfus Hist. Fuere inter

131) Breones a Romanis ante annum 451 defecisse consentiunt historiographi moderni. De anno defectionis nil certi constat. Anno circiter CDXXXIII ante victoriam scilicet, quam Aetius de Burgundionibus reportavit in Rætia tumultuatum esse, Sidonii versus indicant

– Jam post Vithungos et Norica bella, subacto
Victor Vindelicis, Belgam, Burgundio quem trux
Presserat, absolvit, Aetius nempe. Hæc Velserus
Rer. Aug. l. 8. Eadem occasione an Breones quoque tumultus ~~civerit~~ excitarint; auctorem non habeo. Certe ex eo tempore deinceps a Romanis devictiores quam fuerint; quin potius ut amici et confœderati agniti. Lesebrius Annal. sec. V, § 14, verbis Jornandis hæc sola addit: Quibus ex verbis Breones nostros a Valentiniano III defecisse comperimus jam ante annum 451. Rosehmannus in Veld. c. 31, cum Jornandis verba: His enim ~~adfuere auxiliares Franci, Sarmata, Armoritiani, Litiani, Burgundiones, Saxones, Ripariolí, Briones, quondam milites Romani, tunc vero jam in numero auxiliariorum exquisiti; aliique nonnulli Celtica vel Germanica nationes~~ recitasset; addit: Et quamquam alias, ut diximus, sub Brionum nomine Brenni incolas audiaque

c. 36: His enim (Romanis) adfuere auxiliares Franci, Sarmatæ, Armoritiani, Litiani, Burgundiones, Saxones, Ripariolí, Briones (l. Briones) quondam milites Romani, tunc vero jam in numero auxiliariorum exquisiti; aliique nonnulli Celtica vel Germanica nationes. Convenitus etiamque in Campos Catalaunicos etc.

sea Romanis auxilio Burgundiones, Alani cum Sangibano suo Rege, Franci, Saxones, Ripariolí, Briones, Sarmatæ, Armoritiani, Liticiani, ac pene totius populi Occidentis. Quos omnes Aetius, ne impar Attilæ occurreret, ad belli adsciverat societatem.